MICHAEL DEI GRATIA REX POLONIÆ

Magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samog: Kiiouiæ Volyniæ Podlachiæ Podol' Liuon' Smolen' Seueriæ Czerniechouiq;
Significamus prntibus literis nris quoru interest vniuis et singulis. Exhibitas Nobis fuisse literas nōe subditoru nroru Villæ Ochotnica ad Capitaneatu Czorstinen' pertinen, papyreas authenticas, videlicet extractum Priuilegii Originalis Serenissimi Diui mei
moriæ Vladislai primi Polon' Regis super Locationem Scultetiæ in Villa Ochotnica ad acta Castren' Capitanealia Sandecen' oblati et inscripti. quarum quidem lrarum Sanarum saluarum et nulli suspicioni obnoxiarum tenor est eiusmodi. Ad Officium et Acta præsentia
Castren' Capitanealia Sandecen' personaliter veniens Nobilis Albertus Roman obtulit eidem Officio præsenti et ad Acticandum porrexit literas Sac. Reg. Mtis infrascriptas cum appensione Sigilli, super Scultetiam in Villa Ochotnica sitt. seruien' pe-
tens easdem à se offeren' Suscipi et actis suis ingrossan' mandari Ad cuius affectaonem Officium præsens literas easdem vti saluas illæsas omniq; suspicionis nota Caren' suscipit et actis prntibus cum extradone Originalis inscribere curauit, quarum tenor
est huiusmodi. In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Quia tunc multis errorum et dubiorum incomodis prudenter occurrimus, dum actais Nræ gesta literarum apicibus et testium annotatione perennamus: proinde Nos Vladi-
slaus Dei gratia Rex Poloniæ nec non Terrarum Cracouiæ Sandomiriæ Siradiæ Lanciciæ Cuiauiæ Lituaniaq; Princeps Supremus Pomeraniæ Prussiaq; Dnus et hæres. Significamus quibus expedit vniuersis et singulis et futuris prntium Noti-
tiam habituris Quomodo cupientes locorum vastorum Regni Nri Solitudines in Villas reducere vberiores et fructus Thesauri Nostri amplius feliciter adaugere de legalitate industria et circumspectione Dauid Valachi nostri fidelis plu-
rimum præsumentes Sibi Scultetiam in Villa Nostra Ochotnica in Terra Cracouien' et Districtu Sandecen' Sitt de innata Nobis Celsitud. Clementia damus contulimus et liberaliter donamus donatione perpetua et in æuum. Ita tamen qd
eandem Scultetiam quanto melius et decentius hominum Commoraoni debebit collocare. Ratione Cuius Scultetiæ Sibi Duos Mansos Tabernam et molendinum libera assignamus et conferimus Præfato possiden' Concedimus insuper
Sculteto eidem venan' et agitan' feras liberam facultatem in Districtu Villæ prædictæ Ochotnica tali Conditione adhibita et adiecta Quod de quarta parte omnium Prouentuum Nobis vel Capneo Nostro Czorstinen' semper tenebitur respondere. Habe-
bit etiam Scultetus pdictus in fluuio à quo et nomen Villa sortiri debet Ochotnica piscan' potestatem. Illo etiam addito et specialiter expsso Quod quilibet Cmeto seu incola Villæ pdictæ Ochotnica armenta Ouium vel Capranim possidens circa
Festum S. Martini quolibet anno à quouis Cento Ouium seu Capranim ratione Census tres mutones vel Capreolos et tres magnos Caseos soluere tenebitur et debebit. Qui vero armenta pecorum siue ouium non habebit, ille sex grossos Census an-
nui Circa idem Festum S. Martini persoluet. A quo quidem Censu Sextus denarius Sculteto qui pro tempore fuerit pertinebit atq; cedet. Circa Festum autem Sti Adalberti Sculteto eidem quilibet incola Villæ pdictæ qui armenta Ouium vel Ca-
prarum possidebit hedum siue agnellum dabit et persoluet. Qui autem agnellum siue hedum non haberet, hic in recompensam Cuius trium dierum laborem ad requisitionem Sculteti prædicti subire et tollerare debebit. Hoc etiam non
omisso quia Scultetus Villæ prædictæ ad quamlibet expeditionem generalem et quæ fieret extra metas Regni cum vno arcu et equo qui valeret quinq; Marcas Nobis famulabitur et seruiet aut equum pro quinq; Marcis Capitaneo Nro
Czorstinen' dare debebit. Comunitas autem Cmethonum et incolarum pro Expeditionis iuuamento Duodecim Caseos magnos Nobis vel Capitaneo Nro Czorstinen' qui pro tempore fuerit, dare et soluere sint adstricti. Dum quoq;
ingrueret Capneo Nro Czorstinen' protectionis et defensionis Castri aliqua Necessitas, ptunc omnes Valachi et Incolæ Villæ pdictæ eidem succurrere et subsidia ministrare tenebuntur. Eximimus insuper absoluimus et perpetuo li-
beramus Scultetum, et quosuis Incolas Villæ prædictæ ab omni Iurisdictione et potestate omni Regni Nri Palatinorum Castellanorum Capitaneorum Iudicum subiudicum Ministerialium Officialium eorundem vt coram ipsis aut ipsorum
aliquo pro Causis tam paruis qm magnis Citati respondere minime sint adstricti. Sed tantummodo Cmetones Villæ pdictæ Coram Sculteto Scultetus vero Coram Capitaneo Castri Czorstinen' qui pro tempore fuerit Iure Theutoni-
co Sredensi duntaxat de se querulantibus sit adstrictus. harum quibus Sigillum Nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum Cracouiæ Feria Sexta proxima post Dominicam Reminiscere Anno Dni Millesimo
Quadringentesimo Sedecimo Præsentibus ibidem Reuerendo in Christo Patre Domino Alberto Episcopo Cracouiensi Cancellario Regni Poloniæ Nec non Magnificis et Nobilibus, Christino de Ostrow Castellano et Capitaneo
Cracouiensi, Ioanne de Tarnow Cracouien' Nicolao de Michalow Sandomirien' Ioanne de Sczekocin Lublinen' Christino de Koziegłowy Sandecen' Castellanis et alijs pluribus fide dignis. Datum per manus Venerabilis Dni
Dunin Sedis Apostolicæ Protonotary, Decani Cracouien' Præpositi Floriani Cracouien' Gneznensis Crusuicen' Ecclesiarum Canonici Regni Poloniæ ViceCancellary sincere Nobis dilecti Ad relationem eiusdem Dni Domini Reg. Polon. Vicecan-
cellary. Actum in Castro Sandecensi Feria Tertia pridie Festi S. Mariæ Magdalenæ Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Tertio Locus Sigilli Consist Work. Supplicatumq; Nobis eorundem subditorum nrorum nomine vt
ipsis easdem literas insertas approbare confirmareq; tum etiam circa vsum descriptarum libertatum et onerum conseruare dignaremur. Cui supplicationi Nos Michael Rex benigne annuen' descriptas Originalis Priui-
legii literas in omnibus punctis clausulis et ligamentis approbamus ratificamus et confirmamus (prout huius est) præsentibus literis valentes easdem vim et robur debitæ firmitatis habere debere ac eiusdem Villæ subdi-
tos nostros circa easdem [illegible] MDCLXIX Regni [illegible]

Confirmatio Priuilegii Originalis Wladislai pri-
mi Subditis Villæ Ochotni-
ca Capitaneatus Czorstin-
[illegible]

Dnia 30 listopada 1669
Stary jest 219 - 5 - 24

MICHAEL DEI GRATIA REX POLONIAE

Magnus Dux Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae Samog: Kiioviae Volyniae Podlachiae Podol: Livon: Smolen: Severiae Czerniechoviaeq;

Significamus praesentibus literis nris quorum interest universis et singulis. Exhibitas Nobis fuisse literas noe subditorum nrorum Villae Ochotnica ad Capitaneatu Czorsztinen pertinen, papyreas authenticas, videlicet extractum Privilegii Originalis Serenissimi Divae memoriae Vladislai primi Polon Regis super Locationem Sculteciae in Villa Ochotnica ad acta Castren Capitanealia Sandecen oblati et inscripti. quarum quidem literarum sanarum salvarum et nulli suspicioni obnoxiarum tenor est eiusmodi. Ad Officium et Acta praesentia Castren Capitanealia Sandecen personaliter veniens Nobilis Albertus Roman obtulit eidem Officio praesenti et ad Acticandum porrexit literas Sae Regiae Mttis infrascriptas cum appensione Sigilli, Super Sculteciam in Villa Ochotnica sibi serviens petens easdem a se offeren suscipi et actis suis ingrossan mandari. Ad cuius affectationem officium praesens literas easdem uti salvas illaesas omniq suspicionis nota caren suscepit et actis praesentibus cum extradone Originali inscribere curavit, quarum tenor est huiusmodi. In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Quia tunc multis errorum et dubiorum incomodis prudenter occurrimus, dum actais vitae gesta literarum apicibus et testium annotatione perennamus: proinde Nos Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae, nec non Terrarum Cracoviae Sandomiriae Siradiae Lanciciae Cuiaviae Lituaniaeq Princeps Supremus Pomeraniae Prussiaeq Dnus et haeres. Significamus quibus expedit universis et singulis et futuris praesentium notitiam habituris. Quomodo cupientes locorum vastorum Regni Nri solitudines in Villas reducere uberiores et fructus Thesauri Nostri amplius feliciter adaugere de legalitate industria et circumspectione David Valachi nostri fidelis plurimum praesumentes sibi Sculteciam in Villa Nostra Ochotnica in Terra Cracovien et Districtu Sandecen Sitt de innata Nobis Celsitud Clementia damus conferimus et liberaliter donamus donatione perpetua et in aevum. Ita tamen qd eandem Sculteciam quanto melius et decentius hominum Commoratoni debebit collocare. Ratione cuius Sculteciae sibi Duos Mansos Tabernam et molendinum libera assignamus. et confirmamus [illegible] possiden. Concedimus insuper Sculteto eidem venan et agitan feras, liberam facultatem in Districtu Villae praedictae Ochotnica tali conditione adhibita et adiecta. Quod de quarta parte omnium [illegible] Nobis vel Capneo Nostro Czorsztinen semper tenebitur respondere. Habebit etiam Scultetus pdictus in fluvio a quo et nomen Villa sortiri debet Ochotnica piscan potestatem. Illo etiam addito et specialiter expsso. Quod quilibet Cmeto seu Incola Villae pdictae Ochotnica armenta Ovium vel Caprarum possidens circa Festum S. Martini quolibet anno a quovis Cento Ovium seu Caprarum ratione census tres multones vel capredos et tres magnos Caseos solvere tenebitur et [illegible]. Qui vero armenta pecorum sive ovium non habebit, ille sex grossos Census annui circa idem Festum S. Martini persolvet. A quo quidem Censu sextus denarius Sculteto qui pro tempore fuerit pertinebit atq cedet. Circa Festum autem Sci Adalberti Sculteto eidem quilibet incola Villae pdictae qui armenta Ovium vel Caprarum possidebit hedum sive agnellum dabit et persolvet. Qui autem agnellum sive hedum non haberet, hic in recompensam eius trium dierum laborem [illegible] requisitionem Sculteti praedicti subire et tollerare debebit. Hoc etiam non omisso quia Scultetus Villae praedictae ad quamlibet expeditionem generalem et quae fieret extra metas Regni cum uno arcu et equo qui valeret quinq Marc[illegible] Nobis famulabitur et serviet aut equum pro quinq Marcis Capitaneo Nro Czorstinen dare debebit. Communitas autem Cmethonum et incolarum pro expeditionis iuvamento Duodecim Caseos magnos Nobis vel Capitaneo [illegible] Czorstinen qui pro tempore fuerit, dare et solvere sint adstricti. Dum quoq ingrueret Capneo Nro Czorstinen protectionis et defensionis Castri aliqua necessitas, tunc omnes Valachi et Incolae Villae pdictae eidem succurere [illegible] ministrare tenebuntur. Eximimus insuper absolvimus et perpetuo liberamus Scultetum, et quosvis Incolas Villae praedictae ab omni iurisdictione et potestate omni Regni Nri Palatinorum Castellanorum Capitaneorum Iudicum Subiudicum Ministerialium Officialium [illegible] Ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam parvis qm magnis citati respondere minime sint adstricti. Sed tantummodo Cmetones Villae pdictae coram Sculteto Scultetus vero coram Capitaneo Castri Czorstinen qui pro tempore fuerit Iure Theutonico [illegible] duntaxat de se querulantibus sit adstrictus. harum quibus sigillum Nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum Cracoviae Feria sexta proxima post Dominicam Reminiscere Ano Dni Millesimo Quadringentesimo Sedecimo Praesentibus ibidem Reverendo in Christo Patre Domino Alberto Episcopo Cracovien Cancellario Regni Poloniae nec non Magnificis et Nobilibus Christino de Ostrow Castellano et Capitaneo Cracoviensi, Ioanne de Tarnow Cracovien Nicolao de Michalow Sandomiriensi Ioanne de Szekocin Lublinen Christino de Koziegłowy Sandecen Castellanis et aliis pluribus fide dignis. Datum per manus Venerabilis Dni Dunin Sedis Apostolicae Protonotarii, Decani Cracovien Praepositi S. Floriani Cracovien Gneznensis Crusvicien Ecclesiarum Canonici Regni Poloniae Vicecancellarii sincere Nobis dilecti. Ad relationem eiusdem Dni Donin Reg Polon Vicecancellarii. Actum in Castro Sandecen Feria Tertia pridie Festi S. Mariae Magdalenae Ano Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Tertio. Locus Sigilli [illegible] Work. Supplicatumq Nobis eorundem subditorum nrorum nomine ut ipsis easdem literas insertas approbare confirmareq tum etiam circa usum descriptarum libertatum et onerum conservare dignaremur. Cui supplicationi Nos Michael Rex benigne annuen descriptas Originales Privilegii literas in omnibus punctis clausulis et ligamentis approbamus ratificamus et confirmamus prout iuris est. praesentibus literis [illegible] volentes easdem vim et robur debitae firmitatis habere debere ac eiusdem Villae subditos nostros circa easdem usumq illarum conservamus. In cuius rei fidem praesentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni muniri iussimus. Datum Cracoviae Die xxx Mens Novembr Ano Dni MDCLXIX Regni Nri primo.

Michael Rex



11 M